



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

40. De admirabili poena violentis festum S. Mariani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

varijs exemplis posset demonstrari, plurimis
fuisse saluberrimus.

*Gregorius Turonen. de gloria Confessorum cap.
81. De admirabili pœna violantis festum S.
Mariani.*

C A P. X L.

Fuit Marianus quidam Eremita, cui non
erat alter cibus, nisi poma agrestia: & si el
aliquoties à quibusdam mel delatum fo
isset, aut si ipse reperire potuisset in syluis,
hoc ei erat cibus; qui cum plerunque visitaretur
à plurimis, quodam tempore à quærenti-
bus non poterat inueniri: inuestigantes deni-
que eum viri, qui venerant deprehenso vesti-
gio inuenerunt locum, in quo flexo genu aqua
hausit à fluuio: & ex inde progressi repererunt
eum sub vna arbore malo iacentem mortuum
vnde celebre ferebatur in populo, cum eli-
sum ex arbore spiritum exhalasse: sed euiden-
ter non est cognitum, quoniam à nullo refer-
tur visum: tunc viri qui aduenerant eleuan-
tes, attulerunt ad vicum Euanuensem: eum
ablutum, dignisq; indutum vestibus, sepe-
erunt in Ecclesia. Festa obitus per singulos ce-
lebrantes annos, atque conuenientes populi
crebro ab infirmitatibus sanabantur. Quidam
autem de vicinis annonas diu infectas aqua ac
germine producto conflatas, facto igne super
vimina contexta torrere parat ad pocula faci-
enda. Accedens autem vnus vicinorum, ait
Quid tu ô homo hoc detineris in opere? An-
gus

poras, quia solennitas est beati Mariani? qui
 cum furore respondit, Putasne ô tu, qui hæc
 queris, qui homo elifus ex arbore propter
 compendia gulæ, angelorum sit relatus con-
 sortio, ut sanctus debeat adorari? Melius est e-
 um opus necessarium in domo exercere, quã
 nem sanctum excolere, quod ille audiens di-
 lesit, & cum reliquis ad basilicam sancti a-
 bat, relicto domi vicino in opere laborante.
 Ne mora, flante vento adprehenditur do-
 mus, incendio exurit omnis, nec quidquam
 substantia restat hominis. Exinde eleuati
 globi flammarũ super hospitola aliorum, quæ
 circumlocata erant, huius hominis aream, se-
 pes, tuguriola vel porcorum vel animalium,
 reliquaque, quæ ad eum pertinebant, flamma
 perussit. Nec quidquam remansit huic mise-
 ro, quod non fuisset igni succensum: quod si e-
 uenisse quis fortuitu putat, admiretur quod
 nulli vicinorum circummanentium nocuit.
 Quid nunc agis ô cruda rusticitas, quæ semper
 in Deum, & eius amicos murmurat, ut tibi ex-
 inde damnum acquiras?

*Solijcere hic visum est historiam prolixam,
 quidem, sed lectu admodum incundam, ex
 recognitionum. De Clementis libr. 7. & se-
 quentibus collectam. Quomodo D. Clemens
 iam in D. Petri Apostoli discipulatum ad-
 missus, marrem Martedum, fratres Fausti-
 um & Faustum, ac deniq, patrem Fausti-
 nianum, admirabili casu à se invicem
 multis*